23 Dec. 1562.

Rndi[ss]i dni amici et fratres charissimi atque observandi. Salutem in domino et feliciter rerum omnium successus R. D. Vris cupio et opto ex animo.

Quod Rndae D. Vrae de discessu duorum Nuntiorum Capitularium ex medio Vestro ad Comitia Regni electorum me certiorem fecerint, ut non si quid opus sit in Comitiis meo nomine peragi, id ut dfatis dominis Nuntiis ad Comitia illa Regni ituris iniungere, voluerint, habeo agoque plurimas gratias, omnem de me benevolentiae meae promptitudinem vicissim erga Rndas D. Vras polliceor. Sunt quidem plurima peragenda negotia, verum illa Excell. Viro d. Simoni Maritio I.V. Doctori, cum a me, tum et a Venerabili Capitulo Ecclae Culmensis iam commissa. Nihilominus tamen et Rndi dni ex medio Vestro ad Comitia Regni ituri, illa sibi commendata habere velint, obnixe rogo, et praedicto Simoni Maritio a nobis eo ablegato, pro ea quae sunt in Ecclesiam Catholicam religione studio, opera et consiliis suis etiam non desint. Opto Rndas D. Vras diu feliciter valere quarum me mutuae benevolentiae commendo. Datae Pelplinij 23 Decembris. Anno 1562.

Rndarum D. Vrarum

amicus et fr.

Stanislaus Zelislaw designatus Epus Culmensis.

145

Rndis et Venerabilibus
dnis Praelatis Canonicis
totiq Capitulo Ecclesiae
Warmien, confratri-
bus in Chro charissimis
et amicis obseruandis.

25 Xbri.

1460